



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Quod malè doceamus in Scholis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

*l. i. q. 12.
b. 3. ad.*
*Chro-
nologia
Anno 4
90 & ap.
& l. de
rivalitatis
Soc. 2.
x 7.
Mef. 1.
Pontif. 4.*
*cap. 10
Ferd. Cal.
1. 10. 10
Gesch.*
*1. 4. 10
March.*

Si S. Thomam Doctorem Angelicum docuile, Actum ex charitate docendi alios, esse perfectorem, quād actum martyrij, consideratum secundum propriam speciem attus. Et sanè, si aliqui Magistri præficiendi sunt iuuentutē erudiendā, maximē ad hæc munia sunt idonei Religiosi, quos magnopere commendat, & aptiores ad virtus docendum reddit, tum status perfectionis (in quo nō sunt sacerdotes Magistri) tum domestica regularis disciplina. Superiorum vigilantiā, & quotidiana inspectione munita (que in secularibus Professoribus nullo obediens voto subiectis suis Superioribus, esse nequit) tum assiduis preparandi lectiones Scholaribus proponendas & explicandas labor, ab omni otio & evagatione & distractionibus externis remotus, à Superioribus Religiosis eum quotidie urgentibus, iunctus, in secularibus Præceptoribus non visus, tum vita religiosa quotidiana exempla, maiora quam videantur in secularibus, qui etiā vellent, non possum ea edere; utpote destituti ea animi tranquillitate, quam saeculi negotia excludunt, adeo necessariā ad studia literarum, & cā temperātiā ac sobrietate, quæ in bonis Religiosis vigeat, & quandoque etiam castimoniā quam ipse barbarus Philosophus Averroës agnoscit plurimum valere ad acquirendas & tradendas aliis scientias. Accedit impedimentum secularibus Præceptoribus ex solicitudine assidua de lucris, stipendiis, & promotionibus ad altiora subiectis, & gradus, & de iuandis sanguine vel affinitate iunctis, ideoque & de cumulandis opibus (fine quarum desiderio & studio in statu saeculari non vivitur) de cura rei familiaris, de asequendis honoribus, & opulentis Sacerdotiis, & rebus similibus, à quibus consecrandis Religiosi Magistri per sui conditionem status, & per Superiorum suorum paternam prouidentiam sunt liberati Ideoque veluti expediti à vinculis saecularis status, & impedimentis, rotos se liberè virtutum & scientiarū studiis possunt impendere, in exemplum & vtilitatem discipulorum suorum, vt iij non tantum docti, sed etiam probi euadant. Hanc ob causam, vt scribit S. Chrysostomus, Apostoli paucili, tantopere toti Ecclesiæ profuerunt docendo & bene viuendo. Quid, inquit, eos magnos offendit? Dices, Apostoli signa (hoc est miracula) habebat. Atque eos non figura mirabiles effecerunt; multi enim qui demonia enciebant, quia peccatores erant, nihil tale ficerunt, sed puniri sunt. Verum pecuniarum contemptus gloria despetus, ab omnibus vite huius negotiis erexit: que si non habuissent, etiam mortuos suscitassent, non solum nullos iuissent, sed etiam seductores existimatui suissent. Ideo sanctissimi & sapientissimi & doctissimi Ecclesiæ Presules de recta puerorum institutione solliciti in Conciliis statuerunt, vt non nisi probis moribus & eruditione spectati Magistri, Scholis præficerentur, ad iuuentutem iuuentutem & quid docere debe-

rent, præscriperunt, in Conciliis Lateranensi, Alex. 3. p. t. & Tridentino, & Parisiensi, & Moguntino, c. 18. & sub Innoc. 3. c. bus, qui nomine sexæ Synodi (qua sexta est v- 11. & sub universali & tercia Constantinopolitana) in quib[us] Leone 10. bisdam exemplaribus circumferentur, præcipi. self. 9. c. 7. tur capite 5, vt Clerici scholas aperiant, & filios Val temp. fidelium admittant, & cum charitate doceant, Panfl. 1. c. nihilque pro suo labore, vel petant, vel accipi. 30. & 1. c. piant, nisi liquid forte parentes ipsi sua sponte 12. Magistr. offerant: memories illorum Danielis veborum, cap. 6. Qui ad insitum erudiant multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas eternitates. Et Cardinales interpretes Concilij Tridentini à Sede Apostolica deputati, statuerunt authoritatem Sedis Apostolicae, Med. 1. c. 2. Ante omnia in Seminario conducendus est Grammaticus & Musicus peritus, qui pueros instituat, quorum si Dan. 12. 3. reperiuntur Iesuita, ceteris antependiunt: Ceterè si Decisi. 3. 1. in nullus est tam crudelis, qui virtus veritas nobis, in Pascha, dum indigentes elemosynis subleuamus, per nos & per nostros amicos, non debet etiam id improbare in nobis, quod altos doceamus, tum propter alias utilitates, quæ redundant in bonū S. Ecclesiæ: tum quia vt ait S. Bernardus: Non minus pium est docere animum scientiam, quam præbere esam corpori. Quia vt scribit S. Nazianzenus: Doctrina & instituto eius quoque qui alios alit, cibus est & alimentum.

Sanè sapientissimi quique Herœs, ipso rationis ductu doctos & probos suis expertiuerunt & qualiere Magistros & Institutores. Ideo Philippus Macedonum Rex latatus eo tempore sibi natum Alexandrum filium, quo poterat ab Aristotele tunc viuente honeste imbuī discipulis. Reges Perusatū vt scribit Plato in Alci- Gelli. 1. 9. biade, nato Principi vbiique queri iubebant in cap. 3. suis dominii aptos Doctores & Rectores. Mar- Plato 1. 5. cum Aurelium Imperatorem morti proximum hæc maxime res merore conficiabat, quod ne- de nat. h. sciret cui concretus deberet Commodi filij Herod. 1. x. pueruli institutionem. Peleus Rex Thessaliz est h[ic]. contra valde gauisus est ob adiutum in suū Re. Car. Steph. gnum Phœnicis, vt ab eo Achilles filius instruc- V. Phoenix. ietur bonis artibus & moribus. Et Imperator Iul. Capit. Antoninus Pius ex Dalcide Græcæ accessit tol. in vita Ant. p[ro]p. enrauit Apolloniu Philosopherum, pro nepotis sui Marci Antonini institutione. Felicitas sunt ergo Regna & Vibes que à virtute & eruditio- ne commendatis abundant Magistri, vt non sit opus extra Regna aliunde accessere Doctores; virtutum & scientiarum Magistros, non ore tantum & calamo, sed etiam exemplo do- centes.

QVARTA ACCVSATIO.

Q Vidam in Regno Poloniæ, dabant no- strum in docendis humanioribus literis, modum ac Methodum: quo aiunt, æquid diutius in una schola egregios detineri à nobis a-

Bbb 4 dolef.

deolescentes, nec permitti plures ab iis adiri Professores & Scholas, ad altiora studia capessenda idoneos: & in scholis ipsis frequenti disputatione, præriorum victoribus conferri solitorum, illecebris ad contentiones, & ambitu, teneros animos affueferi, ac interim à multiplici eruditione arceri, quam aspergenterentur, si aliâ methodo ac ratione in scholis instituerentur. Damnant & hoc aliqui quod flagelli & ferulis adolescentes negligentes vel improbos puniamus.

Quibus sane opponimus euidentis argumentum nostræ institutionis optimæ, & contrario modo docendi longè anteponendæ. Ex nostris enim Scholis, quamplurimi, in Scholis aliis non instituti, prodierunt in omni disciplinarum genere viri iudicio omnium, etiam Societatis æmulorum & aduersariorum, clarissimi, quibus doctiores & celebriores, Schola alia nostrum docendi modum damnantes, non protulerunt. An in Sacrarum literarum interpretatione deteriores sunt Commentatoribus aliis, Franciscus Ribera, Franciscus Toletus, Ioannes Maldonatus, Daniel Pererius, Alphonsus Salmeron, Ioannes Pineda, Gaspar Sanctius, Martinus Delarius, Christophorus Castrius, Sebastianus Baradius, Vincentius Regius, Ioannes Lorinus, Vasquez, Cornelius à lapide, Franciscus Mendoza, Hieronymus Pradus, Ioannes Baptista Vilalpandus, Nicolaus Serarius, Cosmas, Magalianus, Blasius Viega, Ioannes Stephanus Menochius, Benedictus Iustinianus. Recensui nō omnes, sed quorum mērini, præcipios, & deinceps recensabo, nullo fernato dignitatis aut excellētia ordine, prout mea memorie occurserunt, ut nullus vitio vertat, si à me sit loco ultimo positus, qui prius ponи debuerat.

An in Theologis Scholastica in nostris Scholis peius proficerent quam alibi alii? Ludovicus Molina, Frãciscus Suarez, Gabrieł Vasquez, Gregorius de Valentia, Ioannes de Salas, Petrus de Arrubal, Michaël Vasquez, Leonardus Lefsius, Jacobus Granadus, Egidius Coninck, Didacus Ruiz Martinus Becanus, Ioannes de Lugo, Adamus Taunerius, Henricus Herriquez, Gaspar Hurtadus, Franciscus Albertinus, Antonius Carnalius, Christophorus Gillius, Franciscus Amicus, Hieronymus Fasolus, Iosephus Augustinus, Petrus Vadingus, Rodericus de Arriaga, Stephanus Bubalus, Stephanus Fagundez, Theophilus Raynaudus, Valentinus de Herice, & alij multi recentiores?

In Controversia Theologiae, cui postponetur in scholis aliis enutrito, Petrus Canisius, Robertus Bellarminus, Gregorius de Valentia, Stapletonus, Jacobus Gretserus, Martinus Becanus, Jacobus Gordonus, Franciscus Turrianus, Edmundus Angerius, Edmundus Campianus, Franciscus Costerus, Ioannes Duræus, Petrus Cottonus, Antonius Possevinus, Robertus

Personius, Christophorus à Sacrobosco, Ioannes Busæus, Petrus Tyræus, Sebastianus Heyfius, Thedorus Peltonus, Adrianus Lungius, Alexander Regourdus, Alphonsus Pisanius, Ambrosius Pennalosa, Petrus Pasmanij, Andreas Eudæmonioannes, Christophorus Maior, Andreas Iurgevicius, Emanuel de Vega, Georgius Scherer, Jacobus Gualterius, Jacobus Kellerus, Jacobus Wueicus, Martinus Smiglecius, Petrus Skarga, Laurentius Arturus, Laurentius Forensis, Maximilianus Sandeus?

In Theologia Morali quis audebit damnare nostram docendi rationem, qua vistam bene humanis conscientiis consuluerunt, Thomas Sanchez, Franciscus Toletus, Leonardus Lefsius, Ioannes Azor, Paulus Comitolus, Ferdinandus Rebellus, Vincentius Fillius, Paulus Layman, Stephanus de Aula, Stephanus Ferdinandus Caius Palauus Fagundez, Valerius Reginaldus, Emanuel Sa, Nicolaus Baldellus, Martinus Bonacina, Petrus Nauarrus?

Inter Philosophos qui è nostris solis scholis prodierunt, an non primis annumerantur? Benedictus Pererius, Franciscus Toletus, Petrus Fonseca, Franciscus Suarez, Petrus Hurtadus, Antonius Rubius, Hieronymus Dandyus, Theophilus Rainaudus, Gabriél Vasquez, Rodericus de Arriaga.

In libris spiritum, ac deuotionem promonetibus editis & Asceticis, an non excellerunt in scholis Iesuiticis educati? Franciscus Arias, Bernardinus Rossignolius, Ludouicus de Ponte, Hieronymus Platus, Domitius Platus, Bartholomaeus Riccius, Jacobus Aluarez, de Paz, liuilius Facius, Lucas Pinellus, Vincentius Bruns, Alphonsus Rodericus, Julius Nigrinus, Antonius de Balinghem, Antonius Sucquet, Carolus Musart, Carolus Scribanus, Christophorus Madridius, Gaspar Loartes, Hieremias Drexellius, Ioannes Busæus, Ioannes Crombecius, Ioannes Daud, Ioannes Eusebius Nierenbergius, Thomas Massilius, Ioannes Nies, Ioannes Bonifacius, Franciscus de la Croix, Ioannes Pelecius, Ludouicus Crespolius, Martinus de Rosa, Petrus Iustinellus, Stephanus Binetus, Theophilus Bernardinus, Christianus Mayer, Franciscus Costerus, Fulius Androtius & alij quā plurimi?

Historici è Scholis Societatis prodierunt nō deteriores Neoterici, Ioannes Petrus Maffei, Ioannes Mariana, Petrus Ribadeneyra, Nicolaus Orlandinus, Franciscus Sachinus, Famianus Strada, Nicolaus Serarius, Iosephus à Costa, Horatius Turcellinus, Jacobus Salianus, Andreas Schottus, Antonius Possatinus, Matheus Raderus, Heribertus Rosvveydus, Christophorus Brouuerus, Dionysius Petavius, Jacobus Gaultierius, Jacobus Gordouus, Ioannes Antonius Valtrinus, Jacobus Gretserus, Jacobus Simondus, Nicolaus Godignus, Thomas Saillius, Hen-

Henricus Sametius, Ioannes Eusebius Nieremberg, Hermannus Hugo.

Mathematicis qui primo Societatis saeculo prodierunt, primarius an non accensendus est in scholis nostris edocetus, Christophorus Clavius Chrysophorus Grienberger, Christophorus Scheiner, Ioannes Voellus, Athanasius Kircher, Dionysius Petavius, Franciscus Agulonius, Georgius Schombergerius, Gregorius à S. Vincentio, Paulus Guldin.

Eruditione sacra & profana plenissimi à nostris instituti, quibus Academicis cedunt, Andreas Schottus, Iacobus Sirmundus, Martinus Delrius, Iacobus Salianus, Martinus Roa, Iacobus Pontanus, Ioannes Ludovicus de la Cerda, Melchior Cerdà, Nicolaus Caussinus, Lælius Bisciola, Fronto Ducanus, Dionysius Petavius, Theophilus Raynaudus, Ludovicus Cresolius, Iulius Caesar Bullingerus, Iacobus Bidermannus, Iulius Nigrinus, Melchior Inchofer, Mathew Raderus, Ioannes Eusebius Nieremberg.

Poësia, Eloquentia, & Rhetorica laude incliti, à quo non commendantur, quamvis non alibi quam in Societatis Scholis id sint assecuti, Ioannes Petrus Perpinianus, Franciscus Benzicus, Tarquinius Gallutius, Iulius Nigrinus, Dionysius Petavius, Vincentius Guinifius, Cyprianus Suarez, Franciscus Remondus, Alexander Donatus, Matthias Casimirus Sarbievius, Andreas Schottus, Ioannes Baptista Ferrarius, Iacobus Pöltanius, Horatius Tursellinus, Angelinus Gazæus, Balduinus Cabillarius, Bernardinus Stephanius, Bandinus Gualfredurius, Bernardus Bauhusius, Carolus Malapertius, Constantius Pulcharellus, Gilbertus Ioninus, Iacobus Bidermannus, Ioannes Nefli, Ludovicus Crucius, Nicolaus Caussinus, Emanuel Aluatius, Iacobus Gretserus, Andreas Blancus, Arnaldus Bohyræus, Franciscus Montmorencij.

Multò plores alios (vt audio) in omni scientiarum & disciplinarum genere excellentissimos in nostris Scholis institutos, intuentes in Bibliothecā accuratissima Scriptorum Societatis, à R.P. Philippo Alegambe viro exuditissimo & de re literaria optimè merito, cum expressa concessione Urbani VIII. Pont. Max. (in solis nostris scholis Romæ, cā doctrinā quam omnes Academiz meritò suspiciunt, imbuti) Antuerpiæ non ita pridem impressa, quam nondum vidi, breui à Bibliopolis huc quoque, vt spero, aduehenda.

Quocirca Urbanus VIII. quo vivente hæc scribo, post Gregorium XV. in Scholis Collegi nostri Romani à pueritia institutum, & ipse eum discipulus, postea ad summum Pontificatum electus, confirmans exterñorū seminaria nostræ institutioni, regimini & fidei concredita, in pluribus Bullis Pontificis sic nostrum docendi modum institutionemque iuuenturis commendat. Cum dilectorum filiorum

presbyterorum Societatis iesu, in hoc educandorum in situendorumq; adolescentium munere, diligentia, fidis, integritas, & in aliis eiusmodi Collegiis, satis cognita sit atque perspecta, eos ipsorum regimini, institutioni, doctrine subiicitur.

Meritò ergo vir clarissimus Ioannes Amos n. 284. p. 197. Londina Comerius in Panoplia Prodomo, ad refor- mandas scholas ab Anglis & Danis & Batavis vocatus, tradens reformandatum Scholartum, & te&è instruenda iuuenturis modum, in studio latini sermonis sic monet, & Societatis in dōcendo rationem probat. Contendant, inquit, bini (auscultante toto cœtu, & Magistro) de promptitudine memoriter recitandi, interpretandi, anomala declinandi & coningandi, homonyma & paronyma distinguendi, syntacticè construendi, questiones formandi, & ad eas respondendi. Victor, premium si aliud desierit, aplausus est publicus & superioris loci honor. Sed optandum esset alia etiam diligentia, incitationa, munuscula, à Scholarum Patronis subministrari.

Et numero 287. Salutare admodum pueris, pag. 199. resi librorum eis nullorum copia fiat, præter quos Classi sue destinatos habent. Cur ita suadeam, causa sunt in promptu.

1. Pluribus intentus minor est ad singula sensus, simul agendo nihil rectè agimus. Habeamus ergo interim sibi sola hac suam in usum tanto studio elaborata: hū attendant, alii ne distrahabantur: p̄sus aſſiduus rni rei deditus, & ingenium & artem ſepe vincit, inquit Cicero.

2. Delectum rerum adhibere pueri (& adolescentes) nondum possunt, possunt facilè incidere in ea, qua se confundant & intricent, si quiduis contrectandi occasio sit.

3. Quod Romani precones, Capitolium ad sacris operandum ingressari, acclamare solebant, hoc age, ad id pueros etiam commonefacere bonum est, vt Authoribus immorari, non per eos volitare adsuecant.

4. Denique inmoderato studio vigor ingenij, præsertim ignei ateritur: quod præcaendum. Tardiores verò cām nihil varium & diffusum ante se vident, sed pensa sua pugno circumserunt, facile illa superandi animos induunt.

Et hac quoque causa est, cur Societas nostra permittat suos discipulos dineris eodem tempore intenderet scientiis: sed in vīnā solā radices figere vīnū scientiæ, & cā acquitatis, progredi ad altiorem. Benè enim monuit Seneca: Certū epist. 22. ingenii immorari & innutiri oportet, si vells aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est, qui ubique est. In peregrinatione vitam agentibus hoc euennit, vt multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est iis, qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properantes transmitunt. Non prodest cibis, nec corpori accedit, qui statim sumptus emititur. Nihil aque sanitatem impedit, quam̄ remediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo medicamenta tentantur. Non convalescit planta qua sepe transfertur. Nihil tam p̄tile est, quod in transitu proficit. Distrabit animus

man librorum (lectionum) multitudine. Itaque cùm legere non posis quantum habueris, sat est habere quāsum legas. Sed modò, inquis, hunc librum euoluere volo, modò illum. Fastidientis flomachi est multa degustare, que vbi varia sunt & diuersa, inquinant, non alunt. Et

or. 20. de
laudius.
Basil. Reg.
g. fusa.

S. Basilus (quem S. Gregorius Nazianzenus condiscipulus, ait fuisse omnium scientiarum cognitione præclarè imbutum) expertus quām

pernicioſa sit hæc eodem tempore per diuersas disciplinas peregrinatio, monuit tuos eam ut fugerent. Neque enim, inquit, artem ullam scientiam quisquam exactè discere poterit, qui ea relictâ, identidem, modò ad hanc, modò ad aliam transeat: quin ne vel rūnā quidem tantum quis consequi potest, qui qua ad illius finem accomoda officia sibi, ea perspecta non habeat. Perspecta autem non habebit, si per varias Scholas eodem tempore vagabitur. Quocirca talem morem, multa stimul disparata discendi vel audiendi possumus cum S. Bernardo appellare *dannosam peritiam*, vbi eius *danna* enumerat. Vnde evenat, vt per hanc festinationem, & veluti peregrinationem ingeniorum, in Scholis nulla scientia acquiratur perfectè. Quocirca ſepe videmus & audimus, à nostris discipulis nostro more in Scholis nostris eruditis, etiam non primariis, facillimè disputando vinci & superari in hoc Regno Polonie magnos & celebres aliatum Scholarum Professores, idque repente, & ex tempore, dum illos sine vllâ praevia preparatione, vel in conuiuis, vel in aliis honestis confesib⁹s aggrediuntur. Hinc quoque oriri dolemus, celeberrimos in hoc eodem Regno Eloquentia & literarum humaniorum Professores, nostrum docendi modum & privatim & publicè, verbis & scriptis improbanter, fædissimis suas lucubrationes typo vulgaris coquinare barbarismis & solæcismis, & carmina etiam non longiuscula conspurcare turpissimis contra Profosue præcepta, maculis, breves producendo syllabas, longas corripiendo. Ne vero id incredibile videatur, exempla id demonstrant posita in eorum libellis impensis & peruis: qua si aliquando necesse fuerit, facile proferentur in lucem.

Huc accedit, quod sciamus certò nostrorum Professorum scripta publicè in Collegiis nostris discipulis nostris dictata, tam philosophica quam Theologica, quam Humaniorum literarum, ab externis Professoribus nostrum docendi modum carpentibus, in suis Academiis ad verbum suis esse dictata: & carmina olim publicè in tot Scholis nostris affixa, à discipulis nostris composita, in Academiis quibusdam, nostro nomine non addictis, fuisse publicè exposita incanto furto, tanquam in Academiis illis primum nata. Et quod mitere magis, constat nobis in iisdem Academiis nostrum docendi modum exibitantibus, ex libris impressis à Societatis Professoribus editis. Discipulis Academicis ad verbum dictari Commentarios,

quali à Professoribus Academicis conscriptos. Quod postea etiam eorum Auditores agnoverunt, viſis apud Bibliopolas, vel in aliorum Bibliothecis nostrorum impressos Commentarios. Ita velint, nolint, Censores nostri, nostrum docendi modum suis probant factis, licet ore datum à corde & contrario iudicio discrepante.

Accedit ad hoc propositum, & hoc argumentum valdissimum, ad comprobandum nostrum in Scholis docendi modum, quod viderim multos viros præclarissimos, iisque familiatiter viſus fuerim in hoc Poloniæ Regno, olim in cuiusdam Academiæ, maximè Scholis nostris infensæ institutis, & antequam Scholas nostras frequentarent, & postea vtrarumque Scholarum degustatâ benè institutione & disciplinâ, nostræ institutionis modum illi anteposuisse quoad omnia. Immo ad gradus literarios in illâ promotos, vlt̄ illas disciplinas in nostris Scholis repetiisse, per quas nulli patet ad gradus literarios promocio. Viderunt enim se non consecutos in illâ Academiâ tantam scientiarum cognitionem, quantam meretur præmium laurea Magisterij in aliis Academiis benè ordinatis, non nisi dignissimis conferri solitum, & quantum agnoscebant inesse nostris discipulis, nullâ Doctortatus vel Magisterij lauræ insignitis. Eosdem vidi nec paucos nec infinitos homines, sed præciuos & Senatoriæ dignitate in suis Vrbibus quas incolebant pro meritis ornatos, & in eadem Academiâ olim Professores, & laurea Doctortatus donatos, suos liberos, noluisse illi Academiæ cuius olim erant discipuli & alumni & Professores, etudiendos concedere, sed cum non exiguo sumptu ad nostras Scholas, & in eadem Urbe, & in remotoribus ciuitatibus fitas, misisse, vt literaris discipulis à nostris hominibus, eo imbuerentur modo, quæ illi iniqui Censores, tanquam minus vilēm, immo iuuentuti perniciolum, & lingua & calamo damnare consueverunt. Quocirca & hinc manifestè appetit, nostram Scholasticam institutionem esse excolendis ingenii vitiorem, & immeritò à quibusdam damnari, minus doctis, minus eruditis, & ad docendum alios minus aptis, ne dicam ineptis: spectatâ eruditione & cognitione rerum ac scientiarum, modo & ratione eas tum pueris tum adultis tradendi. Contraria ergo iudicia ex odio vel inione nascuntur. Verum est enim illud Lucani:

Stimulos dedit amula virtus.

Nec quenguan iam ferre potest Casarue priorem Pompeius'parem.

Opponimus his inuidis Censoribus nostrorum Gymnasiorum celebrerimur Academiarom in Hispaniâ, Gelliâ, Belgio, & Italia ac Germania contraria iudicia de nostra doctrinâ, eruditione, & omnes quas tractamus disciplinas, docendi modo. Quocirca vir magni nominis & judicij

f. 24. de
modo be-
neviuēdi.

iudicij Florimundus Remondus in præclaro opere de ortu, progressu, & ruina (quati merito dominatar hærescon, vbi Societatis primū minit: In bū, inquit, Collegiis infinitus quasi est ieficaturum numerus, quorum de doctrinā lata est extitatio, ut scientia omnes perdita, serum opera restituī posse videantur. Quod quidem vir clarissimus & doctissimus tūc scripsit de Societatis Scholis, quando nondum lucem viderant, tot Professorum Societatis volumina, res Theologicas, Philosophicas, Humaniorum literarum, & alias, cum applausu & approbatione doctissimorum virorum in aliis Academiis celebratum postea edita. Totus orbis terrarum hæresi non infestarum, nec iniudiā, nostrorum authorum libros admiratur & prædicat, & ipsi nostri Ordinis & doctrinæ Censores, avide illos conquunt & emunt, ut multa quæ nesciverunt adiscant. Hoc beneficium Societati à Deo concessum, illi attribuimus. Ut autem agricolis periusundum est, inquit Plutarchus I. de prof. mor. videlicet spicas inclinatas ad terram & nutantes (nam que ob levitatem sursum tendant, inane esse creduntur) ita Philosophastri quidam vani, nihil habentes ponderis aut gravitatis, elato sunt animo, & in habitu, incessu, vultuque nihil preter merum fastum aliquamque præse contemptum produnt.

Denique virtus vetti non debet, quod adolescentes improbos vel negligenter literis dantes operam, moderatā castigatione ad officium tenocemus, quia hoc didicimus à supremâ & infinitâ sapientiâ ac prudentiâ prædicto Doctore Deo, qui sic adolescentiam tractandam omnes docuit. Proverb. 13. 24. Qui parci virgo, odit filium suum. Et c. 23. 13. 14. Noli subtrahere à puerō disciplinam; scenī percussis eum virgā, non morietur tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Et Eccli. 30. 1. Qui diligit filium suum, asperiat illi flagella, ut letetur in naufragio suo. & non palpet proximarum ostia (scilicet popinas, lupanaria) & verl. 12. Curva cervicem eius in iuuentute, & tunc lata eius dum infans est, ne force induret, & non credat tibi & erit tibi dolor anime. Quā de re Princeps omnium Academiarum, Doctorum, & Magistrorum, ipse olim celeberrimus Eloquentia Professor, sic docuit Augustinus. Quid sibi volunt multimode formidines, que cibibentis pavulorum vanitatibus adhibentur? quid pædagogi, quid magistri, quid servuli, quid lorda, quid virgo, quid disciplina illa, quā Scriptura sancta dicit dilecti filii latera esse tundenda, ne crescat indomitus, domarique tam diuinus aux rix possit, aut fortasse non possit? quid agitur bi paenit omnibus, nisi vi debelletur imperitia & praua cupiditas refrenetur. Malumus Dei mandato, & S. Augustini monito patere: quā illorum Academicorum imitari indulgentiam, qui discipulorum in studiis negligentiam, in moribus nequitiam, flagris non cohibent, hoc prætextu, ne eos reddant pusillanimes, & animi generositatem opprimant Reipublicæ necessariam.

Deo enim magis credimus contrarium suadēti. Eccli. 30. Laetā filium, & pauentem te faciet, lude cum eo, & contristabis te. Non corrideas illi, ne doleas. Non des illi potestatem.

QVINTA ACCVSATIO.

DAMNANT & hoc quidam Catones, quia libros profanos Poëtarum & Historiorum, tum nostri Professores, tum alij legunt, non solos diuinos & sacros, eorumque sententias & exemplis sua scripta & conciones exoriant: & quod tam multos libros scribant & edant, etiam de politicis & prophanis argumentis. Sed iis

Bash. 24.1
Respondemus primò, cum S. Basilio, talium legendis libris Gentilium. delegendis libris gentilium, Quemadmodum, inquit, tinctores vbi preparauerunt prius curationibus quibusdam, quodcumque tandem fuerit quod tincturam exciperit: ita tandem florem inducent, sine purpura sive aliud quid sit: eodem sane modo, etiam nos si inelutibili nobis permanere debet honesta gloria, externis utique his præmitiati, deinde satras & arcanas doctrinas audiemus & assequemur. Modum autem legendi talem seruamus qualem idem Sanctus in eadem oratione seu homilia prescribit. Chrys. h. 5.
Velut florum reliquis usq; ad odorem vel colorem est usus; apes autem mel ex ipsis excerpere nouerunt, sic & qui diligentes in legendis, non solam quod dulce incundumque fuerit in eorum libris persequuntur, sed quandom ex eis utilitatem animo referre contendunt. Velut item apes non omnibus floribus insidunt, neque ex eis ad quos accedunt, omnia auferre conantur, sed, quantum ipsis ad opus necessarium fuerit comprehendentes, reliquum dimittunt; nos etiam ut sobri sapientesque, quantum congruum nobis propinquumque veritati ex ipsis fuerit sumentes, reliquum præterimus. Et sicut in legendis rosis fentes vitamus, sic in talibus sermonibus quicquid est vtile carpentes, non enim vitamus. Conducit enim & ad intelligentiam & ad interpretationem Scripturæ Sacrae gentilium librorum mach. Augl. accurata lectione, ut docent alij SS. Patres: Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Nazianzenus, Damascenus, Beda, S. Pacianus Episc. Barcinon. & alij. Sicut, ait B. Petrus Damianus: Aliud de recta ratione & argenti cum vestibus ab Aegyptiis petimus, educ. & or. unde Domino tabernaculum fabricemus, cum munda Constant. nos Poëtas ac Philosophos legimus, ut in diuinis eloquio luculentius proficeremus. Et epistola vigesima Dam. l. 4. octaua: Thesaurum tollit Aegyptius, unde Deo tabernaculum constat, qui Poëtas ac Philosophos legit, qui l. 2. ep. 3. bus ad penetranda mysteria cœlestis eloquij subtilius Dam. l. de conualecat. Alter hoc ipsum commendat S. Cy- S. Eleucatillus Alexandrinus. Accipit aliquis ab Aegypto & Pharaone, & offert Deo, accipiens ab impiâ Philo- Symphonia ac tritudine velut hostias, lingue facundiam, & via. Orig. eloquentiam, & in admiscendis dogmatibus pietatis, h. 31. immo & pietatem ornans. Quemadmodum plane Coll. c. 8. virtus propriæ est, inquit S. Basilis, maturo, fructu Bash ad turgere, adoleste.